



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

III. Richolphvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

B. Lulli Hermannus ad S. Gothardum Ord. D. Benedicti Abbas Collegio Soc. JESU Moguntia inter reliquias sacras servandum donavit, Hildesia translatum an. 1603.

III. RICHOLPHVS.

Richolphi post D. Bonifacium Moguntia Archipræsulis secundi, quamvis natales & acta prima lateant, minimè latent tamen gesta & fata ultima. Regi & demum Imperatori Carolo M. à consiliis constanter, id bene meritis suis impetravit haud difficulter, ut Cæsaris interventu Pontifici placuerit Archiepiscopus, cuius difficile munus ea methodo obit, ut à quo reprehensus sit, non invenias, à quo laudatus fuerit, etiam hodie nullo labore reperias. Ad amissim verò ut fierent omnia à subjectis Richolpho Episcopis & Sacerdotibus, nec deesse passus est monita, nec præcepta Ecclesie Romanæ autoritate præmunita: unde ex Hispania Moguntiam usque transferri curavit Canones Pontificios Isidori Mercatoris operâ eleganti ordine donatos. Quò magis verò constaret omnibus ritè de Ecclesie legibus, an. 813. Moguntia Synodum celebravit, & alteri Synodo Wormatia celebratæ interfuit. Circa eadem tempora DD. Aurei & Justinæ sacras reliquias populo visendas & honorandas proposuit, simulque D. Albani honoribus dicatum templum magnificentissimè extruxit: dein verò quocum consilia vivus conferebat, cum eodem Imperatore mortis sententiam sustinuit an. 814. cum Carolo M. mortuus post annos Sed. 17.

SECULUM IX.

IV. AISTVLPHVS.

Aistulphus B. Lulli discipulus, in qualem quantumque deniq; Magistrum evaserit, multorum loco sit testis Rabanus, fortè etiam Aistulphi discipulus doctissimus, & in Sede Moguntina